

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Jonstoni Historia Naturalis

Ioannis Jonstoni|| Theatrvm|| Vniversale|| De Avibvs

Jonston, Jan

Heilbrunna, MDCCCLVI.

VD18 90528921

Titvlvs Primvs. De Aquilis.

urn:nbn:de:gbv:45:1-11068



HISTORIAE NATURALIS DE AVIBVS

LIBER PRIMVS.

De Auibus Terrestribus Carniuoris.

TITVLVS PRIMVS.

De Aquilis.

CAPVT PRIMVM.

De *Aquila* in genere.

Nomen.



AQVILA Graecis seu παρά τὸ δίστον, con-
citus feror seu πα-
ρά τὸ δέ τρες εἴναι,
quod semper augu-
rium eius ueridicum esse soleat, αἱ-
τὸς, Cypriorum dialecto ἄγρος et ἴβιος,
Macedonum παράσος, ἀργιόνος, ἀργι-
στοῦ, Pergaeorum αἱτερος uocatur.
Totam auis molem si species. Cor-
pus ipsi densum, figura erecta. Ossa
solida et nihil fere medullae haben-
tia. Magnitudo determinari non po-
test. Viginti cubitales ^a in Ptolomaei
pompa delati fuere. Inter Misenam et
Dresdam tres in nido pulli totidem
patulas quercus ingenti spatio com-
plexo inuenti, quorum maximis alae
per transuersum extensae septem ul-
nas, unguis uiri grandis digitos ae-
quabant, crura leoninis maiora
erant. Partes si in rationem ueniant,

anterior *capitis* pars paulatim arcta-
turet et in *rostrum* desinit, quod durum,
aduncum, ad senectutem crescit, sed
tractu temporis fit inutile. *Oculi* sunt
parui, charopi, concavi, profundi
nec nimium oblongi nec exacte ro-
tundi. *Dentes* nulli. *Cerebrum* adeo
calidum, ut in puluerem redactum
maniam exhibitum inducat. *Alae*
rectae et extensa, in summitate re-
curuae, neruosa paucaeque carnis,
magnitudinis tantae, ut eas ^b Homer-
rus ianuis thalami compararit. *Pen-*
^b *Home-*
nus in iis sunt durae et aliarum, anse. ult.
rum in primis et columbarum per-
mixtae pennis easdem absumunt.
Dum pulli excluduntur, inedia
albescunt. *Pes* dexter sinistro ma-
ior, colore uterque difformis.
Vngues adunci et recurvi, quos
in incessu intro semper uertit,
nisi solem aut praedam intueatur,

A

per-

Descri-
ptio.

a Athen.

Dipnoi. I.

5.

perpetuo inspicit et hebetatos rostro aut ad lapides atterendo acuit quique, cum pullos nutriunt, inveruntur. *Alius* propter cibi humiditatem mollior. *Fel* aerugineum, impense acre et mordax. *Sanguis* crassus et fibrosus. *Stercus* tantaem acritumiae, ut nulli *d* in medicina usui esse possit.

c Galen de Compof. Medic. Sl. l. 4.

d Galen. l. 10. desimp.

e Suet. in Tiberio.

f Strab. Geogr. l. 7.

g Arift. H. A. l. 9. c 32.

h Aelian. b adnotauit. H. A. l. 7. c. 11.

i Ariſt. H. A. l. 9. c. 11.

k Sineſi in Dione

l Ariſt. H. Volat. l. 1. A. l. 9. c. 11.

m Homerus Iliaſi Oppian. Cyneg. l. 1. Lucret. l. 1.

n Homer. Iliaſi. p.

o Aristoteles adfir-

p facult.

q Locus.

r e Suet. in culmine domus Tiberii confediset,

s e portenti loco fuit) nec in locis pro-

t Maecotidem f paludem nec in ex-

u trema Scythia et Sarmatia ob aeris

v forte inclem tam reperiuntur. In

w Caucaso, Tauro, regno Peruano,

x Germania, Polonia, Britannia, Da-

y nia etc. in quibus praedae copia eas

z inuenias et quidem locis g οψηλοις

αι πραιſertim εν πέραις αποκενμνοις και

επι δενδρων (de pygargo et morphno

id sumendum non est) προς ισφαλεαν

τε μη ενδενεθαι, id est, ut tutiores ab

infidiis sint seu δια το βραδεως αιρεθαι

απο της γης, quia difficulter a terra

attolluntur.

Nutri-

mentum.

lumbarum, anserum, cygnorum, gal-

linarum, ouium, ceruorum hinnulo-

rum ob sui a morbo tutelam, lepo-

rum, testudinum terrestrium, piscium

etiam et cancerorum, serpentum in-

primis seu propter odium seu pro-

pter eam, quam ex humido et frigido

cibo capiunt, uoluptatem. Sed nec

a stii generis auibus iratae et fameli-

cae abstinent. Cadauera tamen non

tangunt, percnopterum si excipias. A

meridie uenari quaedam incipiunt,

ab orto sole quaedam. In praedam

conspictam et iniuriae patentem

(lepus in planis, testudo post coitum

supina inuaditur) uelocissime et

tormenti instar (hinc δενλαβετ) se de-

mittunt, posteriore pedis digito feri-

unt et occisam in nidos deferunt.

Falluntur tamen interdum, quod in

falcone Scalig. Exerc. 237. Scaliger

obseruauit, sed et a polypo africana-

te in profundum detracatas Aelianus

h Aelian. b adnotauit. Potus iisdem nullus

H. A. l. 7. forte, quod ad eum sanguis anima-

lium sufficiat. Visae tamen aquam

bibisse medicinae gratia et ultimo

in senio rostro prae siccitate incurvato uitam aliquamdiu bibendo sustinere coguntur.

De *Sexu* aquilarum dubitari non debet. Datur genus, quod propter tres testiculos *triarchis* appellatur. *Coeunt* uero frequenter et foemina Generatio decies in die compresa, si mas reuocet, denuo adcurrit. Vnde Aegyptiis et uenus dicitur et soli dicatur. Commiscentur aliquando cum accipitre, sed ouis incubare non dignantur, sed et marem cum lupa aliquando coire scriptores Africani referunt. Ouis maioribus XXX. minoribus XX. diebus incubant et ad exclusio- nis promotionem lapidem aetitem, qui aestu ouorum ab incubatione contractum, utpote frigidissimus, temperat et peculiare, qua pollet, ui partum adcelerat, in nido deponunt. Duos plerumque *excludunt* pullos quandoque tres. Exclusos solem aduersos intueri cogunt et inuitos eidem obuertunt. Si forte oculos ui splendoris inflexerint aut nictatione obnubant, tanquam adulterinos abdicant, si immotis eum adspexerint, genuinos agnoscent. Volatum adfertantes in k altum sublatos dimittunt sibi relictos aut forte dilapsos fuscipint, grandiusculos longissime tanquam rapinae aemulos a nido fugant l και εν τε τοπε τε περι αυτες παν τος απελαυνσιν.


Quantum ad uolatum, a meridie ad uesperam mouentur, mane quietant, donec hominum conuentu forta impleantur. Tam sublimes recta uia feruntur et deorsum tanta mole corporis labuntur uelificatas alas modico caudae gubernaculo aduententes, ut caeteras omnes aues superent et uel ideo a poetis altiuolantes οψηλας m dicantur. Tempore incubatus et nutricionis pernitas illa imminuitur, sed motus tonicus perpetuo peculiaris manet.

Vocem ipsis clangere seu χλαδειν Vox. quidam, ut n Homerus et auctor Phi- n Homer. lomelae tribuunt, qui reboatus qui- dām est propter strepitum grauem avicularum motum obtundens, non nulli pene mutas aut uix uocales, quod de tertio genere Aristoteles adfir-

Tab: I

Aquila Gesneri.

Adler.



Chrysælos Aquila.

Adler.



Adlers

Klauer.

Home
Iliada
rian.
reg. I.
ret. I.
x.
Tome.
t. 14


MS.

nera-

inefini
Dion

riß H
9.c.31
latius.

Home
Iliada
rian.
reg. I.
ret. I.
x.
Tome.
t. 14



Sen
ext
o P.
Hos
Aug
den
Ma

Ing

p P.
l. 4.
q P.
N.
c. 5
r A.
H.
c. 1
s A
H.
c. 2
t A

No

a A
H.
e. 3
b P
rus.
Ode

firmat, trdaunt. Pullos mutos esse constat, quod illis lingua humore quo piam tenellis impediatur. Sed de hoc inferius dicetur.

Sensibus externi. De *sensibus externis* non est, quod multa dicam, tam ex aetate est uisus, o ut sola contra rotantis iubaris lucem immotam teneat aciem, sola sublimem ita uolans, ut a nobis tanta luce difficile cernatur, latentem sub frutice lepusculum, sibi fluctibus nantem psciculum uidere comperta sit.

Ingenium. Animam ipsi olere certissimum est, propter quam contracta ab ea corpora facillime putrescent. De *ingenio* ac docilitate pauca occurunt. Callitrichum herbam in nidum suum contra noxia animalia ingerere ad firmant. Subuenisse p Ariostomeni in Ceadan demisso, gratiam q virginis. *Plin. H.* Sestensi et pueru pro educatione, rusticu r pro lato contra serpentem auxilio retulisse, infantem recens natum s ab exitio seruasse apud autores inuenies. Indi pullos educatos ad leporum, vulpium uenatum descripto ab Aeliano t modo instituebant. Tales et Cublai Tartarorum

Imperator habuit. Sed et Pythagoras u aquilam ita mansuefecisse, ut c. 26. certis uocibus sisteret et deuocaret, ^u *Plut. in Numa.* Superodantem, dicitur.

Antipath. Inimicitias gerunt x cum cygnis, x *Ariost. H.* (pugnae apud Statium y descriptio. *A.I. 9. c. 1.* nem uide) trochilo, gruibus, quae y *Statius.* ideo montem Taurum transmisurae lapillis uocem cohibent et noctu transuolant, ardeolis, ciconia, hierofalcone, uulturibus, draconem et serpentibus.

Vita quamvis salaci diuturna est. In senectute uisus hebetudine et rostri aduncitate tentatur, cum uero se illa grauari sentit, in sublime fertur, inde oculorum caligine solis calore dispersa, feruida in aquas frigidissimas z se dat praecipitem, quibus ter- ^z *Rhodig.* tio immerita nidum petit et inter *Antiq. I. 7.* pullos capturae aptos quasi febris. correpta cum sudore quodam plu- mas exuit. Oppedit ergo mortem non tam seniuel aegritudine, quam fame, in tantum superiore ad- scente rostro, ut aduncitas aperiri non queat.

CAPUT II.

De Aquila in specie.

ARTICVLVS I.

De Chrysaeto.

Nomen. Chrysaetos aquilae genus a fulvo colore ita dictum est. Aristoteles *γνήσιον*, Albertus erodium, Aelianus a aquilam stellarem, Pindarus *H. A. l. 2.* b Iouis alitem, Hesiodus aegiopen etc. uocat.

a Aelian. *b Pindar.* *c Dodec.* De *externa* eius *constitutione* ueteres hoc duntaxat produnt, quod maxima sit omnium inter caeteras aquilas eademque rufa seu fulua aut subrutila (qui color interdum cum aetate mutatur) et *oculis* charopus. Quae Aldrouando a Ferdin. Medic. misa erat, pendebat libras duodecim, coloris in minutioribus totius corporis *plumis* ex fusco castanei albisparsim intercurrentibus maculis, paucis dorso, pluribus uentre, radiis albis, in aliis et cauda fuscis, eo magis, quo maiores pennae, in cruri-

bus ad pedes usque ferruginei. *Longitudo* ei ab extreto rostro ad ultimam caudam quinque dodrantum, a rostro ad extreos ungues quatuor spithamarum et ultra. *Latitudo* expansis alis spithamarum octo. *Rostro*, quod palnam superabat, aduncitas infra inferiorem mandibulam ad pollicem unum propendebat, latitudo plusquam duorum digitorum, medii praesertim, erat. Color in acie nigrior, alibi corneus ad caeruleum dilutum tendens fusco maculatus. *Oculos* habebat charopos, quos palpebrae in uno quoque binae, superne et inferne integebant inter nictandum tunica quadam crassa ab infra sursum exorrecta musculo conspicuo, cuius initium haud procul ab e-
ruptio.

ruptione nerui optici a cerebro erat quamque palpebrae superioris loco a natura datam et ad angulum internum in primis collocatam, quod cutis capitis ob duritatem in palpebras abire nequeat, creditur instructa, ab angulo maiori ad minorem obducebantur. Humor aqueus in iis copiosus, crystallinus, sibilis, utroque latere compressus et solidus. *Lingua* erat humanae similis, lata, extremo teres, uersus radicem duobus utrinque ceu hamatis utriusque appendibus cornis armata. Sinistri pedis posticus *unguis* sex digitos circumferential longus erat, dextri quatuor, singulos digitos quatuor semi-circulares tabellae, extremos prope unguis integrabat, maximo interiori excepto, quem tres duntaxat uestiebant. De ingluwie, oesophago, uentriculo consulat Aldrouandum, qui uolet. c Musculos collum mouentes anticos et posticos habebat duodecim seu sex paria, laterales tres. In thoracis utroque latere tres, abdominis quatuor paria, alas mouentes decem, scapulae quatuor, ulnam mouentes sex, eam partem, quae carpo in homine respondet to-

c Aldrou.
Ornithol.
l. 2. c. 2.

tidem, crura quinque, tibiam octo, tibiam et digitos plurimos.

Cibus ipsi carnes leporum, gruum, *Nutri-*
anserum, hinnulorum, ceruorum, *mentum*,
quos ex declivi praecipites agit et
tauorum, quos magno et auiu et a-
stu adgreditur, aliquando faine pre-
mente fructus et fruges, ut hac in
parte deceptus videatur d Aristote- d Aris-
les, qui fruges, etiam si in os ingeras,
respuere asperit, comedit.

Oua ad summum tria ponit, si Genera-
iuuenis est et uegeta, ut plurimum
duo, quorum alterum saepissime
putre deprehendi testimonio aucu-
pum per octenium nidum explo-
rantium Albertus adfirmat, quae de
oiorum uel alterius generis aquila
crysaeto uel a chrysaeto alteri
aquilae suppositione scribuntur, du-
bia nimis sunt. Si duo excludit, al-
terum pullorum eiicit, seu nutrica-
tus difficultate seu, quia minus gene-
rosus adparet. Praedam nisi fame
coacta sola minime absimit. Imper-
titur auibus regia magnificentia por-
tio, quae ea spe fectantur adulato-
rum aulicorum ingenia expri-
mantes.

ARTICVLVS II.

De Haliaeto et Melanaeto.

Nomen.
et descri-
prio.
a Ouid. l. 8.
*Meta-
morphos.*
2. c. 8.

Haliaetus, Haliaeetus Phauorino, aquila marina Latinis, nifus, sed non recentiorum, a Ouidio dicitur, German. Meeradler. Qui a Bellonio b exhibetur, ma-
b Bellonius gemitudine est milui. Caro ei cinerea ad de Auib. l. nigrum uergens, fibrosa. Alarum ad pedes duos Romanos et digitos undecim extenditur longitudo. Caput album et fusci lineis distinctum. Rostrum aquilinum. Oculi in medio nigri, in ambitu aurei. Lingua fere humana appendice ad radicem utrinque instricta. Colore per summa asturis, per ima albo, gutturi maculis rufis notatum. Pedes pure can- didum. Venter gutturi colore re- spondens. Crura crassa et squamu- mosa. Cauda ad commoditatem uo- latus lata. Pedes fissi, hamati, cae-

rulei. Digihi quatuor per superna ad dimidiam longitudinem squammo- si, ad reliquam incisi, per infernal aperiet aculeati tam ivalidi, ut fle- xos uix ulla ui distendas.

Species aquilarum marinorum Differ- plures esse uidentur, ex quibus itae- tum illa est Bellonii, quam testas in cruribus et unguis omnino rotun- dos habere scribit, tum illa Alber- ti M. et Anglorum, quae pede esti uno anserino et natante, altero fisso et praedae dicato, adipem in cauda gerit, quo guttatim in aqua dimisfo pisces attoniti praedae- fuit opportuni.

Habitat circa c mare, litora Locus. c. Ari.
et oras. A. l. 9.
Cibus ei interdum d columbae, in- 32.
terdum aues marinae, quas uniuersas nun-

Aquila
Adler. Arn.



Haliæetus.
Adler bastard.
Meer Adler



Tab. II

Anathria seu
Morphnos.



Pygargus.
Weis geschwanzter Adler



Mos. Wry Entenfloss.

LOCUS.
Ari. E.
4. l. 9.
2.

11. tab.



Melanetus vel Melanæetus
Aquila Valeria.
SticK arn.

*Melanetus.**Aquila Pijargus. alius.*

*Nut
men
d A.
H. A.
e. 48*

*e Op
l. 2.
c. A.*

*f Pli
N.L.*



*c. 3.
Vjus.
g Pli.
N. L.
c. 6.
Nom*

*Descri
ptio.*

Nom

*Descri
ptio.*

Locus



Nutri-
mentum. nunquam inuadit, singulas, cum e.
mergentes obseruauit, adgreditor et
Aelian. immersas uel strangulat in humore
H. A. l. 3. uel per summa corripit, sed piscibus
e. 45. praeципue uictitat, quos in sublimi in
Oppian. primis e natantes in altum mare se
I. 2. Ixent. praecipitans aquis pectore discussis
c. Aldr. rapit et interdum pondere uicta de-
mergitur. Quod de adipe superius
dictum, quia et testimonio fide di-
gnorum nititur et pari in ardea pede
in aquam demisso pisces alliciente
exemplo comprobatur, fidem uide-
tur mereri et uiribus narcoticis, qua-
les seu in torpedine seu in opio seu
in spiritu uini sentimus, adscriben-
dum est. Vixit quidam et quidem
quietus ad septimum sine cibo. De
f Plin. H. ipsius ortu mira *f Plinius*, quae, quia
N. l. 10. mendo non carent, diligentius ex-
pendi debent.

c. 3. Fel ipsius ad oculorum suffusio-
Vfus. nes et nubeculas cum melle mixtum
g Plin. H. prodesse scribit *Plinius g.*

N. l. 29. MELANAETOS, aquila Valeria
c. 6. Hermolao, *λαγωφόνος* Aristoteli, *λα-*
Nomen. *γωθίης* Hesychio et Phauorino,
aliis Hyperionis avis dicitur.

Descri-
ptio. Minor est reliquis nigra, *rostro* ad-

unco extremitate nigro eaeteris cor-
neo subcaeruleo. Initium eius supra
narium foramina membrana quae-
dam transuersim obuestit. *Vertex*
ac ceruix obscurō ferrugineo tin-
guntur. *Oculi* pupilla est nigra, iris
charopa et ex luteo rufescens. *Dor-*
sum ternis exiguis notulis albicanti-
bus adsperrgitur. *Alae* ad ultimam fe-
re caudam expofriguntur. *Crura* ro-
ta propemodum plumis operium:ur,
quod nudatum est, id luteum, uix ad
digitū unius spatium ad pedes patet.
Dedit in sylvis et montibus. *Viditat* *Locus.*
leporibus *b.*, quos sensim in terram
Cicus. delapsa in plana digressos opprimit.
h Arift. H. Pugnat tamen et cum ceruis animo-
fe. Multum puluerem uolatu colle-
ctum insidens cornibus excutit in
oculos pennis ora uerberans, donec
praecipitet in rupem, sed et cum dra-
cone, oua hic consecutatur aquilae
auditate malefica, at illa ob hoc ra-
pit, ubicumque uisum. Ille multi-
plici nexu alas ligat ita se implicans,
ut simul decident. Sola aquilarum i
foetus suos alit, est liberalis, sola *i Plin. H.*
me clangore et murmu-
N. l. 10. ratione. *c. 3.*

ARTICVLVS III.

De Pygargo et Morphno.

Nomen. **P**ygargus, Gazae albicilla, hinna-
laria aliis melanaeto et morphno
maior est, at minor pernoptero.

Descri-
ptio. Qui ab Alitrouando exhibetur,
maiuscili galli erat magnitudine,
uertice ac collo dilute castaneo ex ci-
nereo. *Oculi* pupilla nigerrima, iride
lutea, *rostro* adunco et paulo, quam
eaeteris aquilis, proportione habita,
longiore. *Dorsum* alarumque pars
superior ferrugineis obscure plumu-
lis ac subnigris integuntur, ut uenter
ac femora. *Cauda* ab uropygio ad fi-
nem usque tota albicat, duae tamen
pennae minores maioribus incum-
bentes extremo nigrae sunt. *Tibiae*
totae fere nudae, impense luteae ta-
bellis super intectae. *Vngues* acer-
rimi.

Locus. Colit oppida et campos, plana et
lucus, sylvas et montes nonnun-
quam. Romae raro uisam ex Sym-
machii epistolis colligitur. Adoritur

ceruos, ut melanaetus cum hinnu-
lis, a dextro latere insilit, in oculos in-
uolat et tamdiu alis percudit, donec
praecipites agat. Aetitem in nidum
infert, a quo et is nomen obtinuit. Sed
in alendo foetu reliquis est difficilior.

Duplex illius genus Bellonius re-
censet. *Vnum* corpore colore inter tiae.
album et cinereum ambiguo, extre-
mis alarum nigris, supina parte tota
candidans, quod ardeam uolatu re-
fert, *caput* uersus terram deprimens
et perdicibus, cuniculis, gallinaceis
et aliis minutis uolucribus uictitat et
ut plurimum oriente et occidente sole
conspicitur. Alterum miluo rega-
li adeo simile, ut, nisi hic et minor es-
set et uentre intensius albescente,
(pennas circa uropygium cum supe-
rioribus candidissimas obtinet) unus
ab altero non digniceretur. *Vngues*
habet atros, crasfos et in fornicem
curuatos. Infectatur alaudas per cam-

6 HISTORIA NATURALIS.

pos et cum subbuteone de praedam acriter certat, ut uterque alis et pedibus consertis in terram delapsus saepissime alicupibus in prae-
dam cedat.

Nomen. MORPHNOS, πλάγγος, κλάγγος,
† Plin. H. Νύτταφόνος et πλάγης Graecis, naeuia,
H. I. 10. 5. clanga, planga aut † plancus, anata-
ptio. Deferi-
ptio.

Veteres eam a magnitudine me-
H. A. 1. 9. lanaetum superare et nigro ac sub-
6. 32. obscuro colore, qui tamen naeuius
quibusdam interstinguatur, esse scri-
bunt. Homerus alas eius tantum
patere, quantum ulariae ostii cuius-
dam uiri diuitis, cecinit. Ex recenti-
oribus Aldrouandus nullam se ui-
disce, cui omnia ueterum compete-
rent, fatetur. Turnerus apud Ges-
nerum nomen hoc balbusardo An-
glorum, qui est buteone maior, nae-
uo in capite albo colore fusco proxi-
mo, quique ad ripas degit, in terra in-
ter arundinetam super aquas nidificat,
uolatu non admodum ualeat, pisces et
cuniculos dilaniat, adscribit. Belloni-
nus auem falconem secuplo maio-
rem, pedibus caeruleis, digitis oblon-
gis, unguibus patulis, Gallis geraul-

Locns.

dictam et terrestri uenati adhibita-
tam promorphno, sed dubius, ob-
trudit. Saltus conualles et lacus inco-
lit. Aquaticis alicibus ut fulicis et ana-
tibus plerumque, saepe et piscibus ui-
ditat. Spectanda dimicatio est, in Pugna
quit Plinius, b aue ad perfugia lito-
rum tendente, maxime si condensa
arundo sit, aquila inde iectu abigen-
te alae et cum appetit, in lacus ca-
dente umbramque suam nanti sub
aqua a litore ostendente, rursus aue
in diuersa et, ubi minime se credat ex-
pectari, emergente. *Nascitur ex osfi-*
fragis, si Aristoteli credimus.

Morphno CONGENER Aldro- Genera-
uandus appellat aquilam sibi misam, tio.
cuius magnitudo galli gallinacei
erat. Color totius ferrugineus, ro-
strum deorsum recta propemodum
tendens membranula lutea capiti
coniunctum. Extremae alae uersus
uentrem maculis ovalibus insignitae,
remiges extremo apice albantes.
Crura hirsuta et albis notis e Baetico
adspersa digiti superne squammis, in-
ferne tabellis seu annulis in-
tectae.

ARTICVLVS IV.

De Percnoptero et Ossifraga.

Nomen.


Percnopteros, qui et cypaetos uel
hypaetos, aegyptias et oripe-
largus dicitur.

*Deferi-
ptio.*

Breuter a ueteribus, diuersim a
neotericis describitur. Aristoteli est
capite albante, corpore, quam cae-
terae dictae maiore, sed breuioribus
alatis, longiore cauda, uulturis refe-
rens. Aldrouandus binos eiusdem
icones exhibit. Prior chrysaeto non
multo minor habet *corpus* coloris
castanei ad nigrum uergentis, *ro-
strum* medioteatus rectum, extremo
in uncum insignem curuatum, prin-
cipio iuxta frontem album, caetera
nigrum. *Caput* subalbidum ad fu-
scum uergens. *Oculus* iride subalbida,
pupilla nigra. *Collum* dimidia fere
parte eaque superiore propemodum
caluum et paucissimis iisque exili-
bus plumulis consitum, candicans,
ad cuius finem medio prope collo
instar pilorum querundam hirsuto-

rum ac crisporum, plumulæ ueluti
setae oblongae supra ceteras plumas
extabant. In tergo ueluticucullus
quidam ad medium usque protensus
in acutum finem, uelut triangulum
quendam definebat. Alter ignauus,
colore pennarum totius fere *corpo-
ris* erat fusco ad castaneum obscu-
rum uergente, quem in ultimo collo
non nihil albantium ordo continu-
us, angulum acutum in dorsum ex-
euntem constituens, qui ueluti cu-
culli humeris industi basis erat, di-
stinguebat. *Capite* ad occiput usque
calvo ita, ut pennae post uerbum
surrecta cuculli speciem exhiberet.
Bellonius auem Gallis busard dictam,
buteone maiorem, coloris nigri, alis
breuibus ignauam cypaetum uult es-
se. Gesnerus aliam ciconiae forma et
coloribus similem. Frigoris impati-
entem, corporis intense calidi, car-
niuoram, sed pisces respuentem, quae
qua-









quatuor horas uno loco sedebat et solem aliquando splendentem intuebatur, si non gypaetum, ex altero saltem parente natum credit.

Locus.

Incolit lucos et plana, ut plurimum montes quandoque in Syria et Aegypto maxime inuenitur.

Nutri-

mentum.

a Arist. H.

A. 9. c. 32

Cibus soli inter aquilas *a* cadauera. Grauis enim et ad rapinam iners a coruo caeterisque id genus alitibus uerberatus fugatur, capitur. Muribus quoque circa Gazaram Aegypti urbem uitat. Pullos statim parere Aelianus auditione se recepisse scribit. Auicenna fel eius destillatum cum oleo uiolaceo ad aurium dolorem et tinnitus, fimum ad abortum commendat.

Nomen.

OSSIFRAGA et Ossifragus, Graecis φίνης, Aristoteli φίνη. Harpa quoque Sanqualis et immusculus dicitur.

Descri-

prio.

b Arist. N.

A. 8. c. 3.

Aristoteles *b* de ea: osifragae magnitudo maior est, quam aquilae ex cinere albicans. Parum oculis ualeat. Nubecula enim eos habet oblaefos. Quae ab Aldrouando exhibetur, quatuor dodrantes et medium erat longa, nouem alis extensis spithamas lata, libras undecim pendens. *Pluma* totius corporis sub albo, fusco et ferrugineo colore uariabant. Cum proxime uestientes molliculae et candidissimae erant, remiges ex toto ad castaneum tendebant. *Caput* et *collum* angustis et oblongis pennis rigebat. *Rostrum* ei duos digitos latum, palmum longum, subnigrum, e corneo fuscum, ab initio membrana quadam ultra narium foramina protensa marginibus suis literam s. exprimente tectum, ita aduncum, ut uncus solus pollicem latum adaequaret. *Lingua* humanae simillima, lato apice, hamatis utrinque duris et corneis adpendicibus, membranula tenui ad inferiorem mandibulam connexa. *Mandibula* inferior canalis instar excavata, palatum medio iمام quandam exhibebat, per quam pituita a capite destillabat. De *mento* plumulae tenues uillorum instar ad

c. Plin. H.

N. l. 10.

barbae speciem, quod osifragae et Plinius tribuit, propendent. *Crura* fuscis plumulis aliquantulum fulue-

scentibus fere tota obtegebantur.

Vngues nigerrimi prae atrore splendebant et semi-circulum ad amusim repreäsentabunt. Substantia ipsorum intus alba et ossea, foris fusco cortice intecta erat. Duodecim *caudae* pennae albo et nigro maculabantur, intus albae, extus fuscae. Et haec *externarum* partium ratio est. *Interna* si attendantur, uuea, quae homini in pupilla perforatur, tenuissimam quandam membranulam pupillae praetenens habebat unde, ut Philosophus notauit, minus uisu pollet. Pars, quae iridis ambitu clauditur, ne prorsus uisus praepediretur, subtilissima, *άχρονη* et pellucida erat. *Abdomen* pinguedine copiosa redundabat.

Lien illi rotundae figurae, *uentriculi* corpus membranosum, fundo superiori orificio latius ingluuius carens, quod de sua ossifraga Plinius, cuius uicem oesophagus, timul atque iugulum transiit, paulatim ad uentriculum usque dilatatus, gerere uidebatur. *Vesicae* fellis nullum cum *epate* consortium hoc sub uentriculo multo immersum erat adipi. *Vterus* crasso corpore, pyri forma, semine plenus. *Vropygium* medii pugni crassitudine et adiposum conspiciebatur etc. Ad huius genus Bellonii illa, quae corpulentia, colore et specie milui est, duabus maculis nigris ad alarum latera notata, capite accipitris stellaris, cruribus et pedibus uulturinis etc. non pertinet: sed illa, quae in comitatu Tyrolensi, colore accipitrum in dorso, in uentre albante, orgyiae distentis alis latitudine, rupicapras ex alto ad montes praecipitat et frusta ossium etiam maiuscula deglutit, referri huc potest: ut et illa, quam Gesnerus plumis albis, capite nudo et flauo, faxis iniecta ossa confringentem amici uerbis describit.

Cibus ipsi rupicaprae, hinnuli, canes uenatici, anguillae, cuius frusta in dissecto uentriculo inuenta tam acuti foetoris erant, ut spectatores in animis ferre deliquium conicerentur.

Probe *foedificat*, ut pullos suos et a-
guilae, quos ista nido uolandi facul-
tatem adepts et edaciulos *†* eii-
Arist. H.
A. 9. c. 34.
cit,

cit, nutrit et abreptos ληγέως deflet.
Vultures minores ex iis progenerari
et ex iis magnos, qui omnino non
generentur, scribit *d* Plinius.

N.l. 10. *Pugnat* cum uipera et sauciata
c. 3. herba soncho simili sibi medetur.

Antipa- *Voces* alias alio in tempore iacit.

thia.

e Lucr. l. 5.

Vox.

Vñs.

Vsum si spectes, fel eius cum mel-
le potum f leuen curat, sterlusari-
f *Plin. l.*
dum tritum concoctionem promo-
N.l. 30.
uet. Venter potus calculos pellit.
Intestini extreum ad alligatum co-
licam fistit. Os ad coxam fu-
spensum varices sanat.

ARTICVLVS V.

De Anopaea, Aquila alba, Aquila heteropode et
Scythica Aue.

Anopaea sit in Homero Odysf 1.
mentio, quae quibusdam est
ἀφανὴς inuisibilis seu ἀνωφεός id est
sursum euecta. Alii πανόπαια scri-
bunt et hirundinem intelligunt.

AQVILA ALBA seu cygnea ma-
gnitudine est chrysaeti, candoris ni-
uei, in rupibus circa Rhenum inue-
nitur. Leporum, cuniculorum, por-
cellorum et piscium uenatu uiuit
et uolatu tarda est.

HETEROPOS Gesneri, sinistrum
crus caeruleum, dextrum fuscum al-
bicans habet, de caetero pectus,
collum et uenter fusca sunt punctis
nigricantibus maculosa. *Capitis* et
ceruicis pennae rigent. *Oculi* subru-

bent, dorfi initium circa alarum
summitates in gibbum attollitur.

DE SCYTHICA ave ita *a* Ari-
stoteles : in Scythia genus auium
otides. Haec duos pullus parit. Ovis
non incubat, sed in pelle leporis aut
ulpis impositos pullos relinquit.
Obseruat in summa arbore, an adsit,
qui pullos subripiat. Quod si quis
ascendat, pugnat uerberat alis, ut
aquilae. Olatus M. oculatus testis utri-
usque historiam confirmat, quam
Albert. M. falsi insimulat.

NB. Ad aquilas pertinent itz-
quantitli et tlacoquantili Indo-
rum, uide infra mantissam
No. I.

TITVLVS. II.

De Vulturibus.

CAPVT PRIMVM.

De Vulturibus in genere.

Nomen.

Vulturis nomine intelligitur, quae
Graecis γύψ, γύπτας, ὄρνες, αἰγυ-
πτος, Latinis etiam uulturius, a tardo
forsan uolatu et per periphrasin auis
Titii, torua, auida, magna, Palatina,
Caucasea dicitur. Lycophron *a* eas
a Lycophr. *in Casfan-*
dra. olores rapaces, Hermogenes τάφες
ἐπιψύχες, seu sepultra animata uo-
cat.

Descri-
tio.

Toto corpore aquilam fere imita-
tut illamque sesquialtera proportio-
ne, si Bellonio credendum, excedit
nec tamen, quod in rapacium genere
solemne, marem foemina magnitu-
dine superat. *Rostrum* ipsi obuncum,
oculi truculenti, quatuor apud Phi-
len narium spiracula, unde *teredinos*,
quod fabulosum est. *Collum* implu-
me seu potius capitinis plumae ita bre-

ues, si cum aquilis conferantur, ut
implumes uideantur. *Guttur* longi-
tudine et capacitate, quod propen-
dens ante uentrem ingluies ostendit,
insigne, sub quo spatium palmi
latitudine, non tam plumis, quam pilis,
rufis uitulinis simillimis, instar
lenissimi cuiusdam uelleris, omni-
scapo calami destitutis uestitur. *Ala-*
rum incumbens corpori pars leni-
tota uellere, quod soli inter rapaces
peculiare integritur. *Crura* tota ad
pedes plumosa contra gelu et frigus
munimentum. *Vngues* adunci.

Sedes in altissimorum montium iu-
gis ponere *b* Aristoteles, *c* Pli-
b Aris-
nius et *d* Homerus sunt auctores.
Poetae Caucaseas uocant. A recen-
s.
tioribus in Creta, Zacyntho, Apen-
N.l. 10.
nino, cap. 7.